Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36538
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

le herode propter herodiadem fratris sui uxo-
rem precursorem a capite truncasse. Si quidem in
loco ulceris cicatrix apparuerit alba siue
subrufa, ut uidelicet ille qui ad uomitum suum
reuersus est, et immunditie sue foris indicia
iam prebeat, et contra redarguentes occultas ini-
micicias exerceat, adducetur homo ad sacer-
dotem. Sicut enim iam supra diximus, morbus huius
sacerdotis examine discutiendus est, et omnis
lepsus sacerdotali iudicio reseruandus.
Qui cum uiderit locum lepre humiliorem carne
reliqua et pilos uersos in candorem, contaminabit
eum. Plaga enim lepre orta est in ulcere. Notanda
locutio. Non certa in precedentibus iam exposita
sunt. Contaminabit eum, id est contaminatum pronuntia-
bit. Sicut et superius mundabit eum, id est mundum iudica-
bit. Sed et que secuntur si superiora recolamus, ex-
positione non indigent. Quod si pilus inquit colo-
ris est pristini, et cicatrix subobscura, et uicina
caro non est humilior uicina uel carne sic ac-
cipe non quod morbi locum sana circumstat, sed quod intra
cicatricis ambitum continetur, et pertinet ad plagam,
recludet eum .vii. diebus. Superius bis hic fieri pre-
cipitur, hic autem semel. Tamen tamen hic singularis
quantum ibi geminata signat reclusio. Nam quod
ibi discernitur sabbato repetito, hic subintel-
ligendum fuerat non repetendum. Pluraque enim ex-
pressum fuerat super spirituali uacatione non sola uisi-
bile hominis conuersatione, sed et affectiones ipsius
discutiendas esse facile erat utcumque iam re-
clusionem leprosi septenariam audisses an-
teriora recolens et sabbatum hic dupliciter cele-
brandum animaduerteres. Deinde subiungitur. Et
si quidem creuerit adiudicabit eum lepre. Sin
autem steterit in loco suo, ulceris est cicatrix et ho-
mo mundus erit. Ulceris inquit cicatrix est, non uera
lepra. Fieri enim solet ut hiis quorum crimina publi-
cata sunt, sectantis fidem non tardius recipi-
antur et correcti intreant uel suspicionem cui
relabantur et non admissi. Sequitur de cicatrice

combusture, que ad facinora iuxta premissam di-
uisionem referenda est. De lepra cicatricis in combustura.

Caro et cutis quam ignis exusserit, et sanata
albam siue rufam habuerit cicatricem, consi-
derabit eam sacerdos et ecce uersa est in alborem,
et locus eius reliqua cute humilior, contaminabit
eum, quia plaga lepre in cicatrice orta est. Ignem
esse iracundiam in euangelio legimus, ubi lunatici pa-
ter pro filio rogans Domine inquit miserere filii
mei quia lunaticus est et male patitur. Nam sepe
cadit in ignem et crebro in aquam. Hic quippe in cor-
dibus humanis sic estuat ut nec per iracun-
diam inflammentur nec per luxuriam resoluantur.
Est et flamma inuidie de qua in iob legitur:
Ignis Dei cecidit de celo, et tactas oues
puerosque consumpsit. Omnis enim qui predicatio-
nis officium in synagoga tenuerunt celum
recte uocati sunt. Quia nimirum sepe superna
credebantur. Sed quia summopere in redemptoris
nostri aduersitate commoti sunt quasi ignis de
celo cecidit. Dum ad decipiendum in prauum
populum ab hiis sunt quia uera docere putabantur
flamma inuidie exarsit. Caro ergo et cutis
quam hominum fuerit igne exusta, uidelicet mens ac-
tio hominis quando odiorum inuidieque facibus fuerit in-
flammata si sanata, id est si ad pacem dilectio-
nemque proximorum reducta albam siue rufam
denuo suam reddiderit cicatricem considerabit
eam sacerdos. Quid per albam siue rufam maculam
intelligendum sit iam superius tetigimus, uo-
luptatum scilicet blandimenta et cruenta
species discordiarum. Difficile autem humanus
animus ab omnibus uiciis feriatur. Aut enim post
acceptam penitentiam illuc relabitur unde
emersit, aut ab aliis in alia transitum fa-
cit. Unde mores humanos describens propheta
residuum inquit eruce comedit locusta,
et residuum locuste comedit bruchus, et resi-
duum bruchi comedit rubigo. In eruca
quippe que toto corpore repit luxuria in